

Hisce modo praenotatis investigari oportet, quis renunciari debeat ultimus Beneficiatus, ut is derelicta sacristiae assistentia pro hac solvere dicta annua scutata quindecim sacristiae minori videlicet Ecclesiae minori custodi teneatur. Praetenditur esse Parochum Caponi et ex facto sui antecessoris per litem constato ex primo exordio fundatae novae parochiae et ex facto suo proprio.

Quoad primum refero, quod eadem quaestio in precibus exposita, jam praerita fuerat anno 1788 coram Vicario generali uti visitatore inter primum novum Parochum Sale et sacerdotem Felicem Aronne uti ultimum Beneficiatum. Oportet hic EE. VV. meminisse, duo beneficia dismembrata ex numero sex fuisse unita Ecclesiae parochiali SSmi Cordis Jesu pro illius dote et fundo et pro novi Parochi congrua necessaria et opportuna. Unum vacans tunc erat per obitum sacerdotis Felicis Marzily et alterum ab ipso Parocho Sale retinebatur. Duo haec unita beneficia ipso momento erectae parochiae cessasse arbitror nec amplius esse beneficia in Ecclesia sancti Petri et per hanc unionem Parocho congruam fuisse statutam nemo impugnare valebit. Mens et voluntas est Excellentissimi Patroni: Quando appieno informati (scripsit Patronus in folio sui praestiti consensus) che l'Emmo Signor Cardinal Vescovo non ha Benefizi di propria collazione in detta terra per fare la nuova indicata erezione di Parrocchia, perciò consentiamo et prestiamo ogni nostro necessario, ed opportuno consenso, perchè per fondo, e dote del nuovo Paroco e Parrocchia si assegnino, e si uniscano due Benefizi di nostro antico patronato eretti, e fondati nella Chiesa parrocchiale di S. Pietro della suddetta Terra, uno al pre-

sente vacante per la morte del Sacerdote de Felice Marzili, e l'altro che attualmente possiedesi dal Sacerdote D. Liborio Sale, che da noi resterà nominato futuro Paroco. Post haec praemissa in quaestione ista argumentabatur Aronne dictum vacans beneficium collatum fuisse per enunciata unionem Curato Sale (non dum enim ille animadverterat extinctionem tituli utriusque beneficii ac onerum); ergo isti incumbere assumere onus sacristiae, videlicet persolvendi quolibet anno minori sacristiae scuta quindecim. Huic syllogismo resistebat primus novus Parochus Sale respondendo per dictam unionem beneficii una cum altero a semet possessore onera illi quomodolibet injuncta remansisse extincta, ergo in ultimo Beneficiato, quin inter alios permanebat adhuc idem Felix Aronne, perseverabat onus hujusmodi solutionis. Non in alio utriusque partis argumento versabatur invicem quaestio, quam postea visitatorem conciliasse tantum et non definivisse scimus, ut apparet in decreto, quod referre ducimus: *Mos est (visitator ait), ut ultimus Beneficiatus servitium sacristiae praestet in Ecclesia archipresbyterali... Orta est contentio inter Rectorem Sale et Beneficiatum Felicem Aronne super onere inserviendi sacristiae. Urget primus: per unionem beneficii suae Ecclesiae uti accessorium. Instat secundus: unione separare tantum beneficium de una ad alteram Ecclesiam, non vero extinguere onera addicta, quae cum suo principali transire debeant. Valida est utraque exceptio. Hinc visitans rem componens statuit, ut Rector Sale curam sacristiae assumeret, receptis a Beneficiato Aronne scutis annuis et ita commentalam litem extinxit.*

Cum vero decreto vixere Beneficia-

tus Aronne et Rector Sale, nullum in hac re partem assumente Capitulo. Vixerunt et alii, quorum uni defuncto succedebat alter, qui sacristiae onus assumere tenebatur. Revera anno 1802 per obitum sacerdotis Laurentii Baldassari unius de sex in quatuor reductis Beneficiatis a praefato onere Parochus Sale per decretum s. visitationis sibi inflicto ut pateretur illud exemptus extitit, quum novus Beneficiatus in locum successit ultimi. Tandem ultimus Beneficiatus, omitto caeteros praedefunctos ab anno 1818, recensetur sacerdos Franciscus Baldassari, qui adhuc vitam agit. Interea anno 1814 Parochus Sale universae carnis est viam ingressus et vacanti paraeciae successit secundus Parochus Capponi Orator. Hic onus idem assumpsit, quod praedecessor substituit, ad tramites enunciati decreti, consideratus per Capitulares tamquam redivivus Beneficiatus ad munus sacristiae obeundum, de quo agitur, et a quo reclamatur Parochus, ut ab eo modo solutus exemptusque omnino per EE. VV. declaretur, quamvis facto proprio usque modo praedictae solutioni ut supra per decretum taxatae adquireverit.

Hoc onus assumptum et non reclamatum, erit secunda pars rationum, qua Capitulares adnixi pro Beneficiato Baldassari suos permulcent animos ut exemptionem oneris, qua Parochus claris donatus est literis, perdituros confidant. Haec eadem secunda quaestio, ut prima conciliata, a Parocho Capponi instauranda erat adversus sacerdotem Franciscum Baldassari, qui praesumitur ultimus Beneficiatus, et non adversus Capitulum. Re quidem vera duobus abhinc annis in hoc meo tribunali petit Actor Capponius et reus Beneficiatus Baldassari contradixit. Ab aula ambo recesserunt amici quaestio-

ne seposita necessitudinis causa. Modo quaestio reintegratur per preces, quas remitto humiliter una cum foliis Capitularium, quorum haud intererat sua exhibere jura Beneficiato Baldassari, cum onus sacristiae non resideat penes Capitulum sed penes ultimum Beneficiatum.

Ne interim profligetur consuetudo, ut cuperem, super onere solvendi scuta quindecim per ultimum Beneficiatum sacristiae minori. Certissime abusus est. Nam pro omnibus celebrandi per turnum missam primam, solemnem et ultimam et assistendi sacristiae, cujus servitium ultimo Beneficiato incumbit, adest repartitio massae communis inter Beneficiatos residentes: *e resta all'ultimo il peso della Sagrestia, per le quali obbligazioni (subjungit illico patronus post omnia recensita onera) ci è il riparto della massa commune* uti in precibus sanctae sedi porrectis, quarum adnexa reiteratur copia sub lit. unic. A, existente prima in dicta mea jam allegata informatione. Bona hujus massae communis locantur pro scutis plusquam centum annuis, nisi per Beneficiatos administrantur, salvis et integris unicuique Beneficiato particularibus suae praebendae bonis, quorum fructus quisque percipit etiam si non resideat. Non residens vero suam massae communis partem amittit et si ultimus Beneficiatus non residet, tenetur etiam ad praedictam solutionem scut. 15., cum absens ab Ecclesia nequet servitium Ecclesiae praestare. Hujusmodi genus oneris haud expressum legitur in Bullis etiam remotis, neque injunctum habetur in beneficiorum erectione. Solummodo pro singulis oneribus per Beneficiatos adimplendis: *il riparto della Massa comune fra li Beneficiati che risiedono.* Multoque minus injungitur illud solvendi sacristiae minori

scuta quindecim, quod per consuetudinem invecum est. Beneficiatus Baldassari ultimus praesumptus a me auditus adversus Capponium eadem recitat, quae in allatis foliis scribunt Capitulares et praecipua rationis momenta in ea reponit, quod beneficia duo unita parochiae rurali, licet extincta in nomine, in re tamen onera ipsis retinent addicta. Onus est solvendi ut supra scuta 15. per ultimum Beneficiatum, qui per se ipsum Parochus reputatur Capponius, ergo non sibi sed huic tale imminet onus. Subsumit inde Capitularesque repetunt, decretum s. visitationis jus tribuisse recenseri inter Beneficiatos etiam Parochum novae parochialis Ecclesiae quoad onera, ergo praesens controversum iste Parochus consequenterque futuri substinere tenetur toties quoties per obitum alicujus Beneficiali turnus recurrat ultimi.

Duo beneficia desuper ita unita censentur ut eorum unio per omnimodam suppressionem peracta sit dicenda. Non tam unio est quam extinctio et suppressio beneficiorum, quae sic operatur, ut extinguantur onera et solum redditus proventus et jura parochialis Ecclesiae, quae per eorum extinctionem erecta extitit, adnexa remaneant et incorporata sintque pro ipsiusmet Ecclesiae manutentione et Parochi congrua, qui sua parochialia nesciat quaecumque per dictam suppressionem in beneficiis unitis extincta praeterquam missam per alium diebus festis in Ecclesia s. Quirici celebrandi reservatum onus. Certissimum in jure est, quod Beneficium unitum unione tituli extinctiva nativam beneficii qualitatem si quam habuit prorsus amittit, veluti censuit s. Rota in Vicen. beneficii 25. Junii 1751 §. 4. coram Amadaeo. Amittit autem onera adnexa ex facto patroni, cui per approbationem et validitatem actus dismem-

brationis seu suppressionis beneficiorum apostolicae literae uniformantur et instrumentum erectionis parociae exsolutionem onerum confirmat convalidatque ad expressa verba per clarissimum consensum patroni volentis: *Che il nuovo Parroco resti esente dai descritti pesi*, inter quae recensetur quoque illud assistendi sacristiae et tantummodo excipit unum: *di celebrare per alium la Messa nella Chiesa. Quirico*. Haec eadem exceptio seu reservatio per expressam patroni voluntatem et explicatam intentionem facta suffulta quoque auctoritate apostolica tantae virtutis est, ut omnino intelligatur de caeteris oneribus facta exemptio ideoque vanum est immorari super aliqua interpretatione ad regulam juris de reservatis. Durum certe praetensu foret posse vivere istud onus, quod modo visum est, ut mihi videtur bene extinctum, quamvis per male captam juris et consuetudinis interpretationem incertum dubiumque usquemodo vixit.

In praesenti unione beneficiorum pugnat natura primitivi oneris assistendi nempe sacristiae per Parochum in Ecclesia s. Petri cum natura onerum per ipsummet Parochum supportandorum in sua Ecclesia curata, nam quisque videt inter se prorsus incompatibilia onera.

Attigimus tandem exemptionem oneris, de quo agitur, quomodolibet usquemodo turbatam; praeviam vero recogito per EE. VV. Rmas sub die 20. Junii anni praeteriti 1818, in quo proposito dubio: *an Parochus Ecclesiae SSmi Cordis Jesu* (idem Capponius) *teneatur ad turnum missae primae, solemnis et ultimae per alium celebrandae in Ecclesia archipresbyterali?* negativum edere responsum. Idem responsum dandum fore arbitraber huic secundo dubio per preces

## 5) Taxa pro iis solvenda.

Utensilia s. pro missa quotidiana taxata fuerunt a S. C. C. ad rationem scutorum quatuor pro quolibet anno. Sic testatur Monacellus t. IV. suppl. ad 3. t. n. 181, ubi sic praecise habet: „Quoad contributionem pro Utensilibus Sacristiae S. C. C. in in una Romana legati missarum pro archiconfrat. S. Mariae de Planctu sub die 26. Mart. 1679 ita rescripsit: Taxandam esse eleemosynam ad rationem eleemosynae manualis in urbe currentis, detractis tamen ex iisdem introitibus haereditariis scutis quatuor pro singula missa quotid. ratione s. supellectilium pro hujus missae celebratione.“ Legatum autem conceptum erat his verbis: *Di far celebrare tante messe l'ano, quante ne comporterano li frutti della sua eredita.*“ Lib. 49. Decret fol. 109.

## Terracinen.

(C. Tr. Sess. 22. Decr. de observ. et evit. in celebr. Missae.)

In Ecclesia cathedrali Terracinae plures sunt Capellaniae; rectores autem earum, a quibus sacra aguntur, recusant sacrario Ecclesiae solvere utensilia, quae ab eodem Sacrario praestantur, licet id ab Episcopo in visitatione decretum fuerit, data ipsi optione ut si solvere nolint, proprias candelas, vinum et paramenta secum afferant. Capitulum igitur venit ad hoc sacrum Tribunal, ut eius auctoritate Capellani solvere compellantur, auditoque jam Episcopo disputat nunc Capitulum rem esse perspectissimam, ut pro utensilibus taxa sit solvenda; taxam vero pluries ab hoc sacro Tribunali constitutam fuisse pro sacris quotidianis in sc. 6. vel in sc. 4., pro aliis sacris manualibus in sc. 1. pro quolibet centenariis, ut apud Piton. de contro. patron. alleg. 54.

EE. VV. proposito, dum onus sacristiae invecum ad aliud saepe dictae solutionis non dubitatur esse primo aequale in exemptione favore Parochi per patronum verbis expressa rotundis confirmataque ex auctoritate apostolica in bulla erectionis parociae, ideoque aequa iudicii lance definendum, applicato Axiomate: *aequiparatorum eadem debet servari regula, adeo ut de uno ac altero diversum proferrari non debeat iudicium.*

Crederem ergo exemptum ab huiusmodi onere Parochum Capponi, qui non est Beneficiatus neque ad praedicta discussa onera quacumque de causa tenetur. Quis modo renunciandus erit ultimus Beneficiatus, cui deinceps incumbit sacristiae cura et onus juxta inductam consuetudinem EE. VV. me interrogabunt? Ex supra narratis ultimus Beneficiatus est sacerdos Franciscus Baldassari proptereaque istum ad tramites ejusdem consuetudinis, cui favent Capitulares, eamque placet custodiri et servari ad sacristiae servitium certum est teneri, donec vitae unius ex quatuor Beneficialis terminos haud praetereundos humanis mors praesens et aequa non circumscribat. Ita opinari mihi non displicet.

Post haec Vestrae sapientiae erit EE. PP. reassumpto folio diei 20. Junii 1818 dirimere

Dub.: *An Parochus Ecclesiae SSmi Cordis Jesu teneatur ad onus sacrario Ecclesiae matricis s. Petri in casu?*

S. C. resp.:

Negative.

Die 26. Februarii et 15. Aprilis 1820.

n. 46. et *Monacell.* in formul. supplement. ad tom. 3. num. 179.; solutionem vero hanc faciendam esse a Capellanis pro tempore praeterito, ut sarciatur damnum ab ipsis illatum sacrario. Haec capitulum. A Capellanis nihil habuimus. Duo sunt causae dubia:

I. An debeantur utensilia in casu? Et quatenus affirmative;

## VACATIO A CHORO.

### 1) Beneficiorum choro obligatorum.

#### Barchinonen.

Inter ceteras communitates ecclesiasticas seculares, quae in civitate Barchinonis existunt, una illa est in Ecclesia parochiali S. Christophori, quae constat ex Parocho, Vicario, Sacrista et duodeviginti perpetuis beneficiatis. Qui omnes a Sac. Congregatione deprecati sunt gratiam Jubilationis Decani seu antiquioris Beneficati, et ut duo ex oratoribus pro praesentibus in Choro habeantur, etiamsi per spatium unius mensis recreationis gratia absentes fuerint. Preces hujusmodi dimissae fuerunt cum rescripto diei 13. Decembris 1800: Quod indultum jubilationis recurat in casibus particularibus post laudabiliter expletum chori servitium per annos quadraginta; in reliquis Episcopo pro informatione et voto.

Sedulo Episcopus in remissa informatione operam dedit, ut EE. VV. instructas redderet. Ait praefatam

II. An et in qua summa et a quo tempore debeantur?

S. C. resp.

ad I.: Affirmative et amplius;

ad II.: Deberi a die motae litis juxta consuetudinem Dioecesis et amplius.

Die 28. Jan. et 18. Febr. 1758.

communitatem quotidie missam conventualem et alia officia celebrare nec non cantum horarum canonicarum et divini officii vel partem illarum festivis et aliis diebus peragere majori vel minori solemnitate juxta festivitatis qualitatem. Praefatos beneficiatos, qui relatam communitatem efficiunt, nec statuto nec consuetudine ulla praesentia recreationis gratia gaudere, quin circa similem praesentiam in communitatis constitutionibus quidquam statutum reperitur. Curam animarum ipsius paraeciae nec actu nec habitu residet in eadem communitate neque in suis beneficiatis; immo potius independenter ipsam habet memoratus Parochus, qui per se vel suum Vicarium eam exercet solummodo tamen in ipsa parochiali Ecclesia ad onus infirmis ejusdem assistendis et auxiliandis tenere possessorem beneficii invocationis SS. Stephani et Vincentii, in cujus absentia vel involuntario defectu beneficio tituli S. Hypolliti simile onus incumbit.

Praeterea reliquas hujus civitatis

communitates ecclesiasticas saeculares ex parcho et suis beneficiatis effirmatis (una dumtaxat excepta) concessionibus ipsarum favore factis gaudere circa praesentiam et perceptionem reddituum et proventuum favore suorum beneficiorum in casu absentiae a chori residentia recreationis causa. Quae quidem concessionibus factae apparent tam vigore litterarum apostolicarum tam etiam decretorum in actu sacrae Visitationis aliquarum ex praefatis ecclesiis eandem, ac totius anni praecipue festivis diebus seclusis, nec non cum restrictionibus et limitationibus, quae opportune per Apostolicos commissarios et illarum Ecclesiarum visitatores opportune concessae fuere circa modum, quo praefati beneficiati praehabitis concessionibus potiri possunt et valent, ut in eisdem Ecclesiis conveniens beneficiorum numerus pro officiis divinis aliisque functionibus ecclesiasticis celebrandis nullatenus deficiat. Constat denique minime ullam praesentiam concessam esse in Metropolitana Ecclesia Tarraconensi, quantum ad suas distributiones, quamvis ejusdem canonici et dignitarii nihil per trium mensium spatium ex massa vulgo grossa perdant, nec non in aliquibus secularibus communitatibus et parochialibus ejusdem archidioecesis, prout etiam in quibusdam aliis dioecibus Gerundensis et Celsonensis concessionem similis et antedictae praesentiae (quae ad mensem pro beneficiatis omnium praefatarum Ecclesiarum absentibus parum plus minusve extenditur) statutum reperiri vigore indultorum apostolicorum aut alias per consuetudinem in ipsis vigentem.

Ex Tridentino Sess. 24. Cap. 12 de Reform. habetur, quod obtinentibus in Ecclesiis Cathedralibus aut Col-

legialis dignitates, canonicatus, praebendas aut portiones non liceat vigore cujuslibet statuti aut consuetudinis ultra tres menses ab iisdem Ecclesiis abesse, salvo nihilominus Ecclesiarum constitutionibus, quae longius servitii tempus requirunt. Quare apertum est ex hoc decreto, quod concilium expresse non permittit vacationes sed longiores quam trium mensium interdicit et breviores servandas decernit, quae ex statuto Ecclesiae obtinent, ut observat *Fagnan.* in Cap. licet num. 48 de praeben. Cum igitur in Communitate ecclesiastica de qua agitur servitium quotidianum praestetur, nec statuta Ecclesiae ullam a choro vacationem praescribant, videtur, quod ex vigore juris nullum concedendum sit indultum, licet ad unius mensis spatium cohibetur.

Nihilominus S. Congregat. aliquando severitatem juris lenivit indulgendo beneficiatis vacationes, dummodo Ecclesiae servitium nullam ferat detrimentum, ita in Tarraconen. 18. Febr. 1763., in qua capitulares quotidianum servitium praestare tenebantur, concessae fuerant vacationes ad duos menses. Multo ergo magis in casu, in quo beneficiati postulant indultum ad mensem, et decem et octo sint qui Ecclesiae inserviant, ut servitium chori ex indulgentis vacationibus nullum detrimentum sit passurum. Maxime cum faveant huic indulto exempla, quae obtinent tum in reliquis communitatibus ecclesiasticis ipsius civitatis Barchinonis tum in conterminis dioecibus Gerundensi et Celsonensi, in quibus sive ex indulto apostolico sive ex consuetudine vacationes hujusmodi ad mensem obtinent.

Quod si EE. VV. hanc indulgentiam in casu adhibendam censeant, tum sane statuendus erit modus, quo